



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Praxis Meditandi A S. P. Ignatio Societatis Iesv Fundatore traditæ Explicatio**

**Le Gaudier, Antoine**

**Dilingæ, 1627**

Exercitium Complectens Meditandi Modvm, Variosque affectus, & virtutum  
Præcipuarum actus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50280)



EXERCITIVM  
 COMPLECTENS ME-  
 DITANDI MODVM, VA-  
 riosque affectus, & virtutum Præ-  
 cipuarum actus.

**O** Deus, qui presentissimus & in-  
 timus sic mihi & omni creaturae  
 es: ecce ego adsto coram te & curia tua  
 reus & inops à virtutibus NN. quas  
 merito à me exigis: verum tamen vi-  
 spero & cupio, toto corde amo te: Ignosce  
 obsecro amanter dolenti, quod minus  
 quam debeo, amarim, quodq; tot gratis  
 ac donis tuis (pro quibus tibi cum omni-  
 bus Angelis, & Sanctis tuis, ac creaturis  
 humillimè gratias ago) tot de perfectio-  
 ne, & virtute hac N. mandatis ac con-  
 silijs non responderim. Da mihi bone Ie-  
 sv iam id facere, credo enim & scio hoc  
 à sola tua gratia, uti & omne donum,  
 non ab industria nostra manare: Verè  
 enim dixisti: Sine me nihil potestis face-  
 re. Da igitur & indue me hoc affectu, &  
 virtute



virtute N. ex alto: hanc enim mihi etiã  
 ipsa ratio, & utilitas, sic N. suadet, imò  
 & sapientium mundi facta N. & dicta,  
 atq; ideo in naturã rerum velut imagi-  
 ne & similitudine eam depingis: Mors  
 instans stimulat, & iudicium irrevoca-  
 bile, & aternitas interminabilis. Exem-  
 plo suo & doctrina sic ad eam nos pro-  
 vocant sancti, & pax, qua exsuperato-  
 mnem sensum, & gaudium in Spiritu  
 Sancto: sed in super ô amantissimè IESV,  
 ad eam nos invitas potentissimo exem-  
 plo tuo N. & scriptura tua N. ô aterna  
 Veritas hortaris. Huic, & Ecclesie cum  
 certã fide credam paratus eam vitã &  
 sanguine ex amore tuo etiam hac hora  
 obsignare, qui fieri potest, ut perinde ac si  
 nania forent, tepidus permaneam? De-  
 us bone quomodo saltem innumera be-  
 neficia, non me compellent? Quomodo  
 non super omnia bonitas tua, Deus me-  
 us? Utinam ego saltem, cum totus ferè  
 mundus in maligno positus, vitã & pas-  
 sionem tua, ô Christe IESV, iniurius sit, tibi  
 vitã



vitâ Sanctâ solatio ferem, ego quem tot  
 benedictionibus dulcedinis immeren-  
 tem praeuenis: Deus bone haccine scio &  
 credo, & spero, & te amo, ac torpeo? O  
 Domine adauge nobis fidem, spem, &  
 super omnia tui amorem. Diligo qui-  
 dem te toto corde meo, sed multo arden-  
 tius desidero & affectu omnis creaturae  
 quantum licet, quantum possum. Pro-  
 ximum verò amo non verbo, sed opere  
 & sincerè, & me ipsum propter te, ma-  
 ximè alienos à me, quibus etiam ex nūc  
 dimitto, sicut tu omne debitum dimisisti  
 mihi, & te in eis agnosco, cupioq; tibi in  
 eis omnia facere, quos & omnes, maxi-  
 mè quib; debeo, & uti debeo, commēdo  
 infinite bonitati tuae, simul & animas de-  
 functorū. Vnū autē peto à te Domine, &  
 requiro, suscipe me totū, & da mihi te-  
 ipsū & praesentiā tuā, simul & providē-  
 tiam in his casibus. N. N. & in omnibus  
 semper agnoscere & laudare, illiq; non  
 alteri praeterita NN. praesentia NN. &  
 futura NN. seu bona, seu mala iuxta  
 legens



legem tuam tribuere: ac proinde de nullo  
queri vel dolere. Da stare inter aduer-  
sa NN. securum & absq<sup>3</sup> terrore: quor-  
sum timeo cum in pondere, numero, &  
mēsa à te Deo meo Patre, medico, &  
duce optimo ac presentissimo pro eternā  
Sapientiā & bonitate sint ordinata. Da  
stare in te erectum; neq<sup>3</sup> spe creatura  
inniti, quam doleam se subtrahere: ab-  
negavi enim, & abnego omnem, & om-  
nia propter te que sperare potest homo  
aut optare. Da mihi: ut neq<sup>3</sup> gaudii tra-  
har, aut exemplo vel respectu hominum  
ad vlla mundi bona incliner. Habeo  
enim hic ea omnia in te fonte omnis bo-  
ni, & vera (cū illa picta sint & falsa)  
& sincera (cū illa felle & veneno mix-  
ta) & ultro parata, cum illa egrè acqui-  
rantur, nec momento securè & absq<sup>3</sup> a-  
maritudine possideantur. Habeo ea qui-  
dem in te ubiq<sup>3</sup>, at maxime in Ven. Eu-  
charistiā, ad quam velut fontem aque  
vive sitivit, & sitit anima mea. Da mi-  
hi de tam preclaro calice bibere, & illo



inebriari ab ubertate domus tue, & cibo Angelorum satiari: sic enim spe plenus obtinenda gratia tua, & salutis mee quam supplex per vitam & mortem Christi ESU PETO (dixisti enim petite & accipietis) ambulabo coram te corde tranquillo & perfecto, nihilq; sperans aut timens, sic N. semper te cogitabo, sic loquar N. tecum, vel de te crebro, amanter & pie actiones NN. ad te dirigam, & operabor hoc velut ultimo die immo horam, salutem meam, donec, donec aspiret illa: quando hoc erit? donec, donec aspirat illa dies, & inclinentur umbrae: donec quod ardentem exopto & sincerè, & uti nostri desidero, te videam, te perfectè amem, & complectar te unum: sum tecum & liquefam in te, donec sis mihi omnia in omnibus, Deus cordis

mei & omnia; A-

men.

*Liber Collegij S. Jesu Paderb.*

FINIS.



